5235 Lenni rep. 1858 in crypta ecclesiae parochialis, ubi extat.

M
ACE FAMVLA XPI
XIT IN HOC SAE
,,,,,

Contuli. Ed. Bernasconi p. 30.

5236 Lenni in crypta S. Stephani.

VS
S·XV
G

Descripsi.

5237 Lenni rep. a. 1858 in crypta ecclesiae parochialis.

C KAL · OCTOBR ·

Contuli. Bernasconi p. 30.

5238 in vici Tremediani [Tremezzo] sacello D. Laurentii in minoris ianuae poste IOV. Deinde Comi apud episcopum Caraffinium BERT. MUR. Nunc ibi apud Iovios.

CASSIAE
HELIODORAE

Contuli. Iovius f. 58*b* (inde Apianus 87, 2); Bertarelli n. 29; Mur. 1652, 10 ex schedis suis; Rovelli 1, 265; Aldini n. 118; Monti n. 132.

5239 epistylium ingens. 'Sub vico Redionico [Rezzonico] a tergo veteris aediculae marmor ostenditur, ut accepimus ex ipso lacu sublatum. Id postea T. Minicius Calvus [Francesco Calvo] bibliopola ad patriam suam Menasium transferendum curavit' IOV., scilicet nomen eius oppidi a Miniciis ductum esse opinatus. Adhuc Menaggii in facie aediculae S. Marthae.

l · MINICIVS · L · F · OVF · EXORATVS
FLAM·DIVI·TITI·AVG VESPASIANI CONSENSV·DECVRION·TR·MIL·IIII·VIR·A·P·II·VIR·I·D·PRAEF·FABR
A·PR· BIS·ET·COS·PONTIF SIBI·ET·GEMINIAE·C·F·PRISCAE·VXORI ET·MINICIAE·L·F·BISIAE·V·F

Contuli. Iovius syll. f. 60' (cf. hist. patr. p. 228; inde Apianus 86, 3; Panvinius Ver. p. 59; Smetius 159, 12 ex Apiano; Grut. 438, 7 ex Apiano et schedis amicorum; Orelli 3669); Borsieri l. 4 inscr. 17 ex B. Iovio et Th. Porcacchio; Bertarelli Menaggio f. B 6; Rovelli 1, 255; G. B. Giovio *uom. ill.* p. 75; Labus apud Amorettium p. 205 (inde Orelli 4906) et *epigrafe antica nuov. scop. a Brescia* p. 25; Aldini n. 43; Monti ed. 1 vol. 1 p. 181, ed. 2 n. 51.

Quae non viderunt recentiores veniuntque ab Iovio solo, dedi inclinatis. — 1 in. L· Iovius non habet, habent Grut. aliique deteriores. — 2 FLAM Iov., . . . N Labus Monti errore. — 3 A·PR·BIS Iov., quod defendi in Hermae vol. 1 p. 61; . . . BIS lapis hodie, *caesar*IS Labus Monti. — BISIAE·F·V·F Grut. ex emendatione. — Tractavit Borghesius ann. 1849 p. 48 non feliciter.

5240 Grabedonae BORS. Comi apud episcopum Caraffinium BERT.

Borsieri:	*Bertarelli:*
EC	
MARTI	MARTI
CVM D	CVM·DIIS·M
S DEA	S · DEAB
	MACIVS
	MAXIMVS
	V·S·L·M

Borsieri l. 2 inscr. 31 ex Iacobo Ant. Maghino (inde Rovelli 1, 250); Bertarelli n. 33 (inde Aldini n. 10; Monti n. 14).

Vv. continuat Bert.

5241 Gravedonae rep. ante paucos annos, cum instaurata est ecclesia collegiata S. Vincentii TATTI 1663. Ibidem adhuc sub pulpito BERNASC.

B M
HIC REQVIESCET IN PAC . . .
FAMVLA XRI AGNELA QVE . .
XIT IN HOC SECVLO AN PL M
XXX DEPOSETA SVB DIE III KAL A
PRILIS AVIENO VCC IND XI p. C. 501
B M
HIC REQVIESCET IN PAC . .
FAMVLA XRI HONORIA QV . .
VIXIT IN SECVLO AN PL M AA
DEPOSETA SVB DIE VIII KAL IV . .
AS VENANTIO VCE IND \ p. C. 484 ?

Priorem dat Tatti *ann. di Como* dec. 1 (1663) p. 513, a quo pendent Mur. 415, 6 ex Tattio; Quadrio *disc. intorno alla Valtellina* (Med. 1756) 3 p. 1; Allegranza 1773 p. 9; Rovelli 1, 323; Labus ad Amorettium p. 233. Posteriorem habet Tatti l. c. p. 514, a quo item pendent Mur. 416, 4 ex Tattio; Quadrio l. c. 3 p. 119; Allegranza l. c.; Rovelli l. c.; Labus l. c. Denuo ex lapide Allegranza in em. ms. ad librum editum et Bernasconi p. 11.

Versus male divisit et dedit 1 PACE, 2 CHRISTI — QVE·VI, 4 ANN, 5 KA, 6 V·C·IND·XI (nam sic excepit Tattius idemque deprehenderunt in lapide Biraghius et Montius apud Rossium 1, 412 et, licet dubitans inter XI et X, Bernasconius; ipse Tattius emendavit IND·X), 8 PACE, 9 CHRISTI — QVE·VI, 10 ANN, 11 DEPOSTA·DIE (om. SVB) — IVLIAS, 12 VI·C·IND·I Tatti. Allegranza vv. divisionem mutavit ad lapidem et v. 12 V·CL pro VCE aliaque minora emendavit, indictiones retinuit. Nos secuti sumus Bernasconium. — In priore requiritur indictio VIIII; in altera, si est anni 484, indictio septima (et vere \// praeter Bernasconium deprehenderunt Biraghius et Montius), si est anni 508 (quo ducit praeterea quod praecedit titulus anni 501), iunioris appellatio in Venantio et indictio prima. Vide de erroribus in indictionum numero disputantem Rossium 1 p. CI.

5242 ex Surici [= Sorico] vico in supremo Larii tractu allata IOV. — Prope Bellinzonam ORELL. errore.

D·M·ET·MEMORIAE
L·DVNII·VALENTIN
INFANT·DVLCISSIM
PARENTES·FILIO
DESIDERANTISSIM

Servavit Iovius in add. f. 69. Inde Apianus 85, 4; Grut. 681, 2 ex Apiano; Donius cod. Barb. XXXIV, 73 p. 301 ex Thoma Porcacchio Iovii compilatore; Aldini n. 122; Orelli 5068 ex schedis Bridelii, qui sumpsit ex Apiano; Monti n. 137.

5243 Clavenae in oppido Raetiae in hortis Rodulphi baronis Salicii, incisum praeruptae rupi, adeo ut sculptor funi alligatus eo ex cacumine demissus videri debeat GRUT.

M·SALVIVS
L

Grut. 1157, 8 ab Hippolyto a Collibus. Auctor is mihi ignotus est neque inscriptio satis fida videtur esse.

Cluverius (Ital. ant. 1624 p. 110) 'extat Clavennae', inquit, 'in divi Petri, si bene memini, templo inscriptio antiqua Romana', errore puto; nam tacent de ea auctores reliqui omnes.

5244 lapis litterarum caelatura insignis non longe a Gravessiano vico in dicione Lugani super ara in fano apostolorum principi dicato CAMUTIUS.

C · GEMINIO
NIGRO · VI · VIR

C·GEMINIVS·C·F·NIGER
PATRI·

Cicereius in coll. ms.: 'dedit qui haec scripsit Hieronymus Camutius'.